



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XLVII. Ablaßbrief mehrerer Erzbischöfe und Bischöfe für die Peterskirche in Stendal, am 23. Dezember 1288.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XLVII. Ablassbrief mehrerer Erzbischöfe und Bischöfe für die Peterskirche in Stendal, am 23. Dezember 1288.

Univerſis Chriſti Fidelibus preſentes literas inſpectoris Miſeratione divina Petrus Arboreniſis ArchiEpiſcopus, Gvilhelmus Caleniſis, Marcellinus Turtibuleniſis, Bonifacius Parentinus et Conradus Tullenſis, ſupra dictarum Eccleſiarum Epiſcopi, ſalutem in Domino ſempiternam. Velut vere Fidei Zelatores paternis Inductionibus Chriſticolas ad ſancte operationis miniſterium ſummopere decrevimus excitare, ut titulo ſollicite pietatis florere valeant, et oportune Conſolationis commoda confequantur: Omnibus vere penitentibus et confeſſis qui in feſtivitibus Glorioſe Virginis Marie Annunciacionis, Aſſumcionis, Nativitatis et Purificacionis, nec non Petri et Pauli ac ſingulorum Apoſtolorum feſtis ac per octavas earundem ac in ſingulis diebus dominicis ad Eccleſiam Sancti Petri extra muros Stendal. Halberſtadenſ. Dyoc. cauſa devotionis acceſſerint et Crucem cum proceſſione devota pietate ſequentes, pro Animabus Fidelium, quorum corpora ibidem in Cimiterio ſunt humata, dominicam orationem cum angelica ſalutatione pia devotione dixerint, ac Miſſam ibidem audierint, de omnipotentis dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum, ejus Patrocinio confidentes quilibet noſtrum quadraginta dies indulgencie de injunctis ſibi penitentiis, dummodo hanc noſtram Indulgentiam Loci Dioceſanus ratam habere voluerit, miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentem Cedulam Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum Rome, Anno Domini Milleſimo Ducentefimo Octuageſimo Octavo decimo kl. Januarii, Pontificatus Domini Nicolai Pape Quarti Anno Primo, Indictione ſecunda.

Nach Beckmann's Beſchreibung V, I, II, Sp. 85. Sehr fehlerhaft in Ludewig Reliq. IX, 500. und mit dem falſchen Datum: 10. Januar 1289.

XLVIII. Die Markgrafen Otto und Conrad vereinigen $2\frac{1}{2}$ Hufen auf dem Theile der Feldmark Stendals, welche das alte Dorf heißt, zu dem von der Kaufmannsgilde ausgeſtatteten Altar in der Marienkirche, am 7. September 1289.

Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Omnibus in perpetuum. Quando petitur quod rationj et honestati conuenire dinoscitur et ad salutem pertinet animarum, decet nos petencium desideria principalibus beneficijs adimplere. Qua propter notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos dilectis burgenſibus noſtris in Stendale quorum vsibus ſemper intendere cupimus ſtudioſe, III^{or}. fruſta durj frumentj minus VI modijs de III^o. manſo ſitis in Stendale in Campo, que dicitur antiqua villa, quorum quilibet manſus ſoluit I chorum ſiliginis et I chorum auene, ad vsus altaris, quod confratres de Gulda mercatorum in Ecclesia ſancte Marie in Stendale dotauerunt, contulimus proprietatis tytulo perpetuo poſſidenda. Dicti vero altaris collatio ad Stendaleniſes Conſules pertinebit. Vt eciam dicta noſtra donatio a nobis noſtrisque ſucceſſoribus vniuersis inuiolabiliter et perhenniter obſervetur, preſentem literam inde conſcriptam iſtis dedimus in ſufficiens argumentum. Preſentibus hyrico de